



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 88. Hildesheimenses coram Cæsare accusati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](#)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1543.

§. LXXXVIII.

*Hildesheimenses coram Cæsare ac-  
cusati.*

*Steid. p. 495.* Paulo post illi, qui Hildesheimii quā  
dam inferioris Saxoniæ urbe age-  
bant, coram Romanorum Rege atque  
Imperiali Camera per Valentimum ejus-  
dem urbis Episcopum accusabantur,  
quod abjecta Religione Catholica no-  
vos, eosque Lutheri hæresi infectos po-  
puli Doctores instituissent, Missaque ab-  
rogata antiquæ Religionis Sectatores  
dire vexassent, imo non aras tantum,  
ac Baptisteria, sed ipsa quoque tempa-  
diruissent, soloque æquaissent; insuper  
iisdem objiciebatur, quod Ecclesiasti-  
corum bona, suppellecilem omnem &  
Ecclesiæ ornamenta abstrulissent, ac non  
ita pridem ludos theatrales, in quibus  
Beatissimam Virginem Mariam, San-  
tosque spectantium ludibrio expone-  
bant, instituissent, seque Episcopi ip-  
sius jurisdictioni subtrahere moliti es-  
sent, ac denique Protestantium fœderi  
accidentes, Monachos, aliosque ad no-  
vam eorum sectam adhibita vi coegi-  
sent, eos vero, qui tantum scelus pa-  
trare renuebant, in exilium ejecissent.  
Percepta hac accusatione Cæsar ex  
Wor

Wormatiensi urbe die sexta Augusti da- Sæcul. XVI.  
A.C. 1543.  
tis literis, adjectisque gravissimis com-  
minationibus Hildesheimensi Magistra-  
tui præcepit, ut antiquam Religionem  
ad pristinum statum reduceret, nihil-  
que innovaret, donec aliud desuper  
statutum fuerit.

## §. LXXXIX.

*Papæ ac Cæsaris literæ ad Colo-  
nienses.*

**T**riduo post Cæsar datis ad Colonien- Sleid. p. 496.  
sem Senatum literis hæc exposuit: *Paulus III.*  
*Percepimus, quosdam Concionatores in hoc Brev. ann. 9o*  
*totos esse, ut Colonenses Senatores ab an p. 48.* Raynald. hos  
*tiqua Religione dimoveant, quamvis ipsi ad- ann. n. 22,*  
*huc fortiter ejusmodi conatibus resisterint,*  
*id quoque permagnæ nobis fuit voluptatis,*  
*unde eos monemus, ut in hoc pio proposito*  
*permaneant, civesque in officio contineant:*  
In eandem prope sententiam summus  
Pontifex tum quoque eidem Senatui  
perscripsit, prima vero Junii die Cathe-  
dralis Ecclesiæ Capitulo hæc significa-  
vit: *In ea animi sollicitudine ac dolore,*  
*quem ex Archiepiscopi Coloniensis vesania*  
*percepimus, valde recreamur vestra fortitu-  
dine atque pietate, quæ non vobis tantum,*  
*sed & vicinis omnibus perquam salutaris*  
*est: quod enim & amplissima civitas & Pro-*  
vin-